



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

[ix].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

principio, eiq; inhærere, qualiter species expressa visiva non exigit procedere ab aure, illique inhærere.

IX. Errare quidem non potest sensus errore strictè dicto, judicando aliqua identificari, quæ inter se identificata non sunt, vel contra; potest tamen absquæ affirmatione & negatione aliter repræsentare rem, quàm illa reverà in se sit; idquæ vel ratione organicalè dispositi, ut dum propter palatum bile infectum dulcia videntur amara: vel ratione medii, ut dum per vitrum rubrum omnia apparent rubra, vel dum propter nimiam distantiam, quadrata videntur rotunda, vel ex varia incidentia lucis, reflexione & refractione specierum. Quibus non obstat, species, utpote naturales objecti imagines, semper illi esse conformes: nam repræsentarent hæc objectum sicut est, si transire non deberent per medium vitatum, cum cuius speciebus confunduntur, aut nisi organum invenirent indispositum. Ubi observandum est, errari frequentius circa objecta communia, & non tam circa sensibilia per se, quàm circa sensibilia per accidens.